LETTRE

DE MONSIEUR

CHICOYNEAU,

CONSEILLER D'ETAT ORDINAIRE, prémier Médecin du Roy, & Chancelier-Juge de l'Université de Médecine de Montpellier.

Écrite à Messieurs

CLAVILLART, SALMON, EMERY, DETCHEGARAY Conseillers de Messieurs les Etudians dans la même Université,

AVEC LE JOURNAL EXACT DE LA MALADIE DU ROY.



A MONTPELLIER,
De l'Imprimerie d'AUGUSTIN-FRANÇOIS ROCHARD, seul Imprimeur du Roy, & de l'Université. 1745.

LETTRE
DE MONSIEUR CHICOYNEAU.


J'Ay reçu, MESSIEURS, quelques jours avant notre départ du quartier du Roy devant Fribourg la gracieuse Lettre que vous m'avés fait l'honneur de m'écrire avec l'imprimé concernant la brillante & magnifique Fête que vous avez donné dans le loüable dessein de témoigner publiquement votre zèle pour la conservation de notre Auguste Monarque, & en même tems votre satisfaction de l'heureux succès des soins que se sont donnés dans une occasion si interessante les Eleves de notre commune Mere l'Université de Montpellier dont la reputation ne peut que m'être infiniment chere; je n'aurois pas tant tardé à vous rendre mille graces de l'exécution d'un projet qui me comble d'honneur, si je n'avois en même tems resolu de vous donner quelque marque des sentimens de ma juste reconnoissance en vous adressant une copie du Journal exact de la maladie dont notre Auguste Prince a été attaqué si vivement & dont il a eu le bonheur de se tirer dans l'espace de onze jours si parfaitement, qu'après une quinzaine de jours de convalescence, Sa Majesté a paru jouir d'une santé plus ferme & plus solide qu'elle ne l'étoit avant l'invasion de ce mal dangereux. Mais comme nous étions occupés sur la fin du Siège de Fribourg à visiter dans les Hopitaux de l'Armée un très grand nombre de blessés & de malades, il m'a fallu nécessairement attendre que nous fussions de retour à Versailles, pour y pouvoir jouir du loisir dont j'avois be-

ſoin pour mettre au net ce Journal & le traduire même en Latin, dans la ſuppoſition que cette Langue devoit vous être non moins familiere & vous mieux agréer encore que la Françoiſe dans l'expoſition de ces ſortes de matieres.

Au ſurplus dès le lendemain du jour que j'eus reçu votre imprimé, j'eus l'honneur au lever de notre Auguſte Prince de le lui préſenter, il eut la bonté d'abord d'en parcourir pluſieurs endroits, & de m'en témoigner ſa ſatisfaction par un ſouris de plus gracieux, après quoy il le fit remettre par ſon premier Gentilhomme ſur la Table de ſon Cabinet. Je ſouhaite de tout mon cœur de pouvoir trouver quelque occaſion propre à vous bien convaincre tant en général qu'en particulier que je ſuis avec les ſentimens d'un attachement des plus ſinceres, d'une vraye gratitude, & pour tout dire en peu de mots avec les ſentimens d'un véritable Pere. Meſſieurs, votre très-humble & très-obéïſſant Serviteur,

CHICOYNEAU.

A Verſailles le 7.
Décembre 1744.



DIARIUM ACCURATUM GRAVIS SEU acuti morbi quem perpessus est Rex noster Galliarum Augustissimus Ludovicus decimus quintus in Urbe Metensi, dum ad Rhenum se conferret, nempè postquam trimestre temporis spatium consumpsisset in expugnandis tribus Validissimis Flandriæ propugnaculis, & idcirco non leves tam animi quam corporis labores exantlasset, nec non præfatæ Civitatis Mæniis jam propinquus radiorum solarium præferuidos sensisset ictus.

DIE quartâ mensis Augusti, quâ nimirum Rex Augustissimus Metas advenit, postquam ibidem quatriduo fuisset commoratus & ad iter incæptum rhenum versùs prosequendum se accingeret, præfati mensis octavâ die matutinis horis, quintâ videlicet expergiscitur è somno cum dolore capitis satis intenso,

moleſtâque membrorum omnium laſſitudine ſimul & levi quâdam pulſus frequentiâ quorum ratione quemadmodum & propter aluum per trium dierum decurſum contumaciter adſtrictam tres ſucceſſivè clyſteres ex aquâ ſimplici continenter iniecti ſunt, unde copioſa craſſaquè ſed aduſta ſub formâ ſcybalorum materies fuit expurgata ſed ſine manifeſto levamine, quin potius cum memorata ſymptomata viderentur intendi Domini Chicoyneau & la Peyronie ſanguinem è brachio mitti horâ ſecundâ pomeridianâ curaverunt. Subindequè motus febrilis & dolor capitis notabiliter immînuti; cumque ſub veſperam alius clyſter fuiſſet immiſſus, & ſtatim copioſa ſucceſſiſet rejectio bilis intenſè flavæ cujus prava prorſus indoles recrudeſcentibus aliundè tantiſper ſymptomatis febrem continuam bilioſam putridamquè præſagiebant, catharticum medicamen quam citius fieri poſſet præſcribendum cenſuimus, ne nimirum à conſimili materie vaſorum ſanguineorum intima ſubeunte Morbus inſigniter augeretur, & idcircò cum Rex auguſtiſſimus in hujuſce noctis decurſu per quinque vel ſex horas vicibus licet interruptis obdormiviſſet, & experrectus bis ejuſdem bilioſæ ſeu indolis malignæ materiem per alvum ejeciſſet, horâ ſextâ matutinâ clyſtere renovato cum eodem effectu, duabus aliis horis elapſis purgans medicamen ex ſex drachmis ſalis glauberi cum duabus unciis mannæ calabrinæ, & unico ſalis ſtibiati grano in ſufficienti aquæ fontanæ quantitate ſolutis propinari ſategimus, tanto potiori jure quod febris non parum de vehementiâ ſuâ remiſerat & ejuſdem ſub veſperam incrementum foret præcavendum; ab hoc autem aſſumpto medicamine non modo per inferiora ſed & per ſuperiora decies vi-

delicet aut duodecies per alvum, ter autem aut quater ore biliosæ sordes fuerint rejectæ, cum quibusdam anxietatibus purgationis effectum antecedentibus.

Jam vero die decimâ, horâ post mediam noctem exactâ, febris & dolor capitis notabiliter intendebantur & illud postremum symptomatis genus sævitiem suam præsertim exercebat à dextris in regione temporis & oculi lateris ejusdem, cum insigni calore partium earundem; undè potissimum orta fuit occasio suspicandi caput solis ardoribus fuisse graviter impetitum, cum aliundè Rex optimus in adventu suo ad Metensem Civitatem & eidem jam propinquus se ab ardente sole exuri conquestus esset, perindequè iidem medentes qui supra cum Domino Marcot medico Regis ordinario censuerunt unanimiter malleoli seu pedis venam aperiendam, quâ statim celebratâ febris & dolor sic fuere mitigata ut reliquum noctis, licet insomne, nihilominus quietum permanserit, & per subsequentis diei decursum in eodem remissionis statu præfata symptomata perstiterint.

Postquam ergo dies hæc undecima tranquillè satis fuisset exacta sub mediam ejusdem diei noctem somnus ad duas horas solummodo protractus, & tum Rex experrectus, non levè sensit viscerum tormentum quod ad horam usquè quintam anxium detinuit, simul & dolor capitis aliquantisper exacerbatus. Quæ quidem accidentia subsequebatur duplex materiei flavæ seu bilis instar ochræ vividè flavescentis rejectio per inferiora, præscriptoque subindè clystere excrementitius ejusdem indolis humor expurgatus, & cum paulo post viscerum anxietates reviviscerent absque ullo febris incremento, imò & hæc eadem ex adverso mitigari

videretur, ſanioris practicæ legibus conſentaneum judicavimus ut minorativum ex ſale polychreſto & mannâ ſimpliciter compoſitum præſcriberetur. Quo quidem ex tempore ſumpto copioſa, bilioſæ, & fœtidiſſimæ materiei ſucceſſit evacuatio, quæ tamen nequaquam præpedivit quominus capitis dolor ſub veſperam vehementer ſæviret, undè neceſſum fuit ad venæ ſectionem è malleolo denuò recurri, & hanc illico factam ſubſecuta eſt liberalis ſeu abundans perſpiratio, ſimul & ſomnus per trium horarum curriculum productus, deniquè febris & dolor capitis non parum quoquè fuere mitigata; ubi operæ pretium eſt annotare celebriores Metenſis Civitatis Medicos in conſilium fuiſſe Advocatos, nimirum Dominos Caſtera, Mangin & Elian, prout & Dominum Bouniol Univerſitatis noſtræ Monſpelienſis Medicum. Sed cum prædicta ſymptomata tum temporis eſſent remiſſiora, recenter celebràtam venæ ſectionem quoad præſentem rerum ſtatum ſufficere cuncti reputavimus, & revera noctis ſuccedentis ſomnus horarum octo menſuram propemodum implevit brevis nimirum vigiliæ vicibus interruptus, in quibus bilioſæ quædam ſordes minoris multo quam antea fœtoris per alvum fuerunt eliminatæ.

Die decimâ ſecundâ permanſit idem tranquillitatis ſtatus, eademquè fuit ſymptomatum remiſſio, cum quodam materierum bilioſàrum per inferiora ſeceſſu quem fovebat augebatquè copioſa potulentorum præſertim aqueorum, & laxantis apozematis adminiſtratio.

Sed decimâ tertiâ die, tertiâ circiter horâ poſt mediam noctem, omnia jam pluries dicta ſymptomata maximè vero febris & capitis dolor intenſè recruduerunt, undè prælaudati

laudati medentes sanguinem iterum è pede mittendum unanimiter statuerunt, eademquè venæ sectio septimam versus matutinam instituta fuit, & mox quoniam paroxismorum singulis diebus constanter redeuntium vehementia contumacem & fortassis periculosum affectum denuntiabat Rex Christianissimus, in hoc incerto futuræ sortis discrimine animæ quoquè suæ saluti consulendnm ratus, non firmâ minus & intrepidâ quam piâ devotâquè mente, primum horâ circiter undecimâ confessus, dein post meridiem se Viatici Sacramento communiri curavit, subindequè cum eadem præfatorum accidentium vis & malignitas constanter sævire non desineret, horam versus octavam vespertinam iterata fuit venæsectio quam deniquè somnus pacatus quemadmodum febris & doloris capitis notabilis remissio subsécuta fuere, sic ut nox succedens quietè satis transigeretur.

At cum horâ quintâ matutinâ decimæ quartæ diei subsequentis iterum eadem numero symptomata viderentur exacerbari, iidem qui supra medentes ad quintam e malleolo venæ sectionem recurrendum nemine prorsus discrepante statuerunt, cujus quidem venæ sectionis ope febris & dolor capitis plurimum attemperata in eodem remissionis statu ad horam usquè quintam post meridiem permansere, sed tum mentis angores & crebræ pandiculationes. Proximè futuram periodum denuntiantes, & statim capitis dolor insigniter auctus cum notabili caloris & frequentiæ pulsus incremento prælaudatos consultores adegerunt ad præscribendas sanguisugas quæ nimirum regioni temporis ad dextrum latus ubi dolor maximè sæviebat fuerunt appositæ, & exinde sanguis ad septem circiter uncias hora vi-

delicet octavâ serotinâ continenter eductus sed absquè ullo desiderati levaminis indicio quin imo duabus horis elapsis, id est decimam versus Dolor & febris iterum increvere, sic ut Regem augustissimum non pietate minus quam fortitudine mentis insignem ad extremæ, uti vulgo loquuntur, unctionis sacramentum expetendum impulerint, illudquè horâ primâ post mediam noctem fuerit administratum.

Die decimâ quintâ ad horam circiter quintam matutinam febris equidem erat vehementior, sed nullus penè capitis dolor, at illius vicem implebat genus quoddam symptomatis multo magis (nostro quidem judicio) metuendum nimirum soporis quædam species veluti comatosa, simul & membrorum omnium vires penitus prostratæ quorum ut funestus præcaveretur effectus unanimi medentium assensu vesicatoria pinguiori tibiarum & crurum cuti fuerunt applicita, tum & catharticum iteratum felici cum successu & identidem ratione virium oppressarum aliquot guttæ generalis de la Motte, & Paulo post lilii paracelsi fuerunt propinatæ. Ab appositis autem vesicatoriis copiosa seri crassioris illuvies fuit elicita, catharticum vero versus undecimam ante meridiem cœpit operari, sic ut Rex augustissimus melius multo se habere visus sit, nam & pulsus apertior & calor magis attemperatus leniorque tum & caput non tantum a dolore sed & a sopore liberius evaserit, denique somnus ut-ut interruptus ad statum naturalem propiùs accedebat, & nihil ominus horâ secundâ post mediam noctem febris increvit, & illico desiit per aluum evacuatio ad horam usquè noctis quartam, cum autem eadem tum temporis abundanter rediret, febris statim plurimum imminuta, simul &

ſucceſſit mira quædam animi tranquillitas, & ab omni capitis dolore liberatio, nec non & virium naturalium robur videbatur reviviſcere, ſomnus autem pacatus fuit ab horâ nonâ ad undecimam, & tum Regis experrecti cutis ad tactum amœnè frigida, pulſus vero parum commotus, deniquè caput neque dolens nec gravidum ita ut ab aſſumpto juſculo ſomnus adhuc dum ad duas horas uſquè fuerit protractus.

Die decimâ ſextâ cum poſt mediam noctem Rex expergiſceret reliquum noctis in vigiliâ conſumebatur & nihil ominus febris perſtitit admodum mediocris cum angoribus quibuſdam uti vulgo loquuntur vaporoſis ſeu ſpaſmodicis, id-circò fovendam cenſuimus alui libertatem ope minorativi ex uno & altero ſalis ſtibiati granis in duobus aut tribus aquæ cyathis, ſeu in magnâ copiâ aquæ ſolutis, horâ hoctavâ matutinâ ſomnus iterum regem invaſit, ſed ſolummodo per horæ medietatem, & tum aſſumpto juſculo, ſomnus denuo redux ad horæ unius & dimidiæ ſpatium protendebatur ſed per alternas vices abruptus, poſtmodum vero ſupervenere quædam anxietates prægreſſis leviores, dimidiâ autem poſt meridiem horâ, cum percelebris medicus molinæus è Pariſiis accerſitus adveniſſet, cunctaque jam enarrata ipſi ſummâ cum curâ fuiſſent expoſita, vir in arte medendi conſummatus nihil efficacius adhunc morbum debellandum fieri poſſe judicavit quam ut juxta methodum jam inceptam perſeveraretur in debitâ præfati minorativi adminiſtratione, donec luxurians æſtuantis & putridi, ſeu humoris bilioſi intensè flaveſcentis minera reliquias hujus affectus adhucdum fovens per alvum penitus eliminaretur, ſubindequè tertius jam memorati minorativi cyathus, in

eumdem finem paratus illico fuit propinatus, cujus effectus ad vesperam usquè moderatè tamen perduravit, itaut somnus horâ decimâ leniter obrepserit, & ad mediam usquè noctem eadem cum lenitate produceretur, ubi rursus notandum est quod juxta solitum hujus morbi decursum metuendum foret nè sub vesperam motus febrilis intenderetur, quod nihilominus non accidit nisi die subsequenti.

Nimirum die decimâ septimâ horâ primâ & dimidiâ post mediam noctem febrilis fervor non parum increvit cum quadam ad somnum præternaturalem propensione, quæ quidem quatuor horis elapsis minuebantur, sed solummodo per horæ dimidium, hinc igitur sopor & febris iterum augebantur, quorum symptomatum febrilis motus horâ septima pacatior evasit, sopore constanter permanente, qua propter minorativum iterandum & propinandum censuimus, à quo ex tempore sumpto juxta methodum prælaudatum quater & abundanter biliosæ sordes ejusdem indolis eliminat sic ut caput multo liberius & febris multo quoquè minor evaserint, nec non somnus naturali penè similis ad tres horas per intervalla protensus, & diei residuum fuerit solito quietius.

Die decimâ octavâ horâ primâ post mediam noctem pulsus solito magis intendebatur, ita tamen ut cum versus horam sextam matutinam fieret remissior, nequaquam præpediretur minorarivi administratio, perindequè succederet copiosa per alvum evacuatio non sine quibusdam stomachi & cordis anxietatibus, quarum prima horâ vix elapsâ à sumpto medicamine repentinam motus & sensus abolitionem sic invexit, ut Regis Augustissimi vita in ultimum discrimen adducta videretur, sed eadem ab injectâ subito

frigida non minus derepentè desiit, cumquè successisset illico non mediocris biliosarum sordium ejectio, non levis spes indè suborta futurum ut exacerbatio post mediam noctem redire solita multo minoris esset vehementiæ, sed spem nostram superavit felicitas eventus noctis subsequentis, si quidem postquam unius & alterius clysteris simplicis ope præfati minorativi debitus effectus probè fuit confirmatus, hac eadem nocte horâ videlicet undecimâ somnus pacatus naturali prorsus similis periodi febrilis vicem sic implevit, ut uno propemodum eodemquè tenore absquè ullo vigiliæ intervallo primum ad meridiem usquè diei subsequentis, & iterum (post assumptum jusculum) à meridie ad horam usquè quintam vesperam somnus hic salutaris continenter duraverit, & memoratorum hactenus symptomatum ne vel minimum in expergefacto principe vestigium apparuerit, miraquè prorsus animi tranquillitas, non modo discriminis sed & morbo finem certo præsagiret.

Diei namquè vigesimæ prout & subsequentis noctes adeo quietæ fuerunt, & consimiliter lucis tempora pacatè sic transacta ut desideratam convalescentiam feliciter tandem advenisse fuerit unanimiter assertum.

Interim tamen ut hujusce convalescentiæ progressus adjuvari simul & motus febrilis cæterorumque symptomatum reditus posset præcaveri, non modo solitum seu strictum vitæ regimen ex jusculis & Ptisanâ simplici per aliquot adhucdum dies observari curavimus, sed & duobus circiter diebus elapsis lene catharticum ex mannâ & sale polychresto ad reliquias [si quæ forent] biliosarum sordium eliminandas fuit præscriptum, unde ter aut quater bilis revera

ſed ad ſtatum naturalem propius accedentis per alvum evacuatio ſucceſſit at non ſine quodam ſtomachi & inteſtinorum anxio cruciatu necnon & notabili virium diſpendio perindequè ne virium harumcè naturalium robur tardius quam par ſit reviviſceret remediis catharticis in poſterum valedicendum cenſuimus, & ab unico penè vitæ regimine juxta prudentiæ leges ordinato perfectæ ſanitatis reditum expectandum, ita tamen ut quibuſdam auxiliis è pharmaciâ depromptis naturalis appetitus non nihil dejectus & languidus excitaretur, nec non anxietates ſtomachi & inteſtinorum quæ per omnem morbi decurſum acerrimæ bilis & catharticorum repetitorum ſtimulis frequenter laceſſita ſenſibilia nimis evaſerant, & idcirco convaleſcentiæ progreſſum poterant inhibere, ut inquam tormentum illud ſeu angores crebro redeuntes mitigarentur tandem & ſomnus quoquè non parum anxius & inquietus, intermixtis moleſtæ vigiliæ vicibus, ad naturæ bene conſtitutæ normam pacatus conciliaretur, unanimi medentium aſſenſu pharmacum ex levi decocto Kinκinæ ad ſcrupulum unum cui quinque vel ſex diacodii drachmæ & aquæ naphæ cochlear unum addebantur præſcriptum fuit & duabus videlicet horis ante cibum ſeu horâ quintâ poſt meridiem aſſumptum cujus quidem medicaminis per plures dies continuos adminiſtrati ut ut ſimplicis virtus adeo fuit efficax ut trium aut quatuor circiter dierum ſpatio memoratæ ſuperius corporis functiones juxta naturæ ſanioris leges peragi viderentur, & Regis auguſtiſſimi convaleſcentia ſpe concepta promptius ad exoptatum perfectionis gradum feliciter pervenerit.

Siquidem vix menſis integer ab elapſo febris acutæ diſcrimine, & ab inchoato cibi ſolidioris uſu fuit exactus,

cum invicti roboris animi Princeps desideratam ad vires corporis confirmandas quietem minimè necessariam reputans bellicæ militiæ laborem ut ut arduum resumpserit, & ad finem præstitutum expugnatâ nimirum validissimâ Friburgi Civitate, reluctantibus licet anni tempestate magnoque defensorum apparatu gloriosè perduxerit.

Permis d'imprimer MASSILLAN, *Juge-Mage, Lieut. Gén.*

La troisieme. an leges progressivi motus sanguinis ab Harveio ejusque sequacibus exposita, falsitatis sint et dubii plena sub multiplici respectu, damnosaque dum regulas dant &c.

La sixieme. An detur in ægritudinibus lædis affecta certa ex pulsu diagnosis?

La onsieme. an in mania V. S. e pede respectu capitis sit revulsoria. qui finit ainsi. Notandum quod in V. S. fiat locomotio quædam, vel revolutio in systemate venoso, quod phænomenon maxime considerandum venit in æstimanda revulsione, et magis naturæ interpretandæ accommodatum videtur quam lex qualibet ex hydraulices legibus deprompta.

V. Experiment. inquiries, &c ab Hewson anglo.

Parmi celles de M. Brun on distingue

La seconde Theoriam somni tradere.

La quatrieme an doctrina crisium, imo dierum criticorum stare possit et debeat cum legibus medicinæ prudenter activa?

La dixieme. An præcipua morborum genera eadem ac immutata existant in universis terræ locis, vel solummodo differentias accidentales recipiant in singulis pro influxu climatis et soli?

La dousieme. an pulmonalis phthisis confirmata morbus insanabilis sit, et utrum remedia receptissima mortem ægrotantis potius accelerent quam retardent?

Parmi celles de M. Lamayran de la Tour on distinguée la seconde. an plurimæ phthises confirmatæ, perfecte sanabiles sint, modo non curentur methodo tritissima, sed diversis phthisium speciebus accommodata?

La sixiem. sur l'usage du lait selon la nourriture vegetale ou minerale des animaux qui le fournissent.

La onsieme sur le concours des forces mecaniques avec les forces vitales pour l'exercice des fonctions.

A la fin de 1776 et au commencement de 1777 on disputa la chaire de Médecine de M. Venel.

Parmi les Theses de M. Vigaroux, on distingue la premiere qui traite des mouvemens spontanées que produit la force vitale dans toutes les parties du corps humain, et où l'on cite ce qu'a dit Buffon Hist. nat. Les vrais ressorts de notre organisation ne sont pas ces muscles, ces arteres, ces veines, ces nerfs que l'on decrit avec tant de soin. Il réside dans nos corps organisés des forces interieures qui ne suivent point du tout les loix de la mecanique grossiere que nous avons imaginée, et à laquelle nous voudrions tout reduire.

La seconde où il prouve par les phenomenes de l'irritabilité que les muscles d'un animal vivant ont du sentiment.

La troisiéme où il assigne les differences de la sympathie et de la synergie, et l'utilité de leur theorie

La septiéme où il expose ce qu'il faut penser de la doctrine des nouveaux physiciens au sujet de l'air fixé.

La huitieme où il traite de la nature et des usages de l'Ether.

La neuvieme où il fait voir que le principal foyer des fievres intermittentes réside dans la region épigastrique

Parmi celles de M. Sabatier on distingue

La seconde où il donne la theorie de la chaleur des animaux

La quatrieme où il traite des differentes especes de la palpitation du coeur.

La sixieme où il fait voir que l'ame n'est nulle part mais que par les loix de son union avec le corps, et par le moyen des nerfs elle éprouve des sensations dans toutes les parties du

Parmi celles de M. Fouquet on distingue

La premiere Quomodo distat principium vitale ab anima cogitante? V. la suite à la pag. precedente

Dans la 3.e question de M. Vigaroux on trouve ce qui suit.

11.° Sua etiam exhibet phænomena in oeconomia animali Synergia. Hæc autem sub duplici respectu potest considerari: vel tanquam Sympathiam aut conspirationem motuum in variis humanæ machinæ organis, vel tanquam consensus motuum ab homine in hominem... ad primam speciem Synergiæ referri possunt motus sympathici in membris parallelis observati: sic oculi versus eundem locum semper diriguntur: hinc forte ophthalmia transitur ab uno oculo in alium. v. Winslow. mem. de l'ac. 1739.

Secundam Synergiæ speciem, quæ inter individua observatur, comprobant exempla plurima... Huc pertinet oscitatio ab oscitatione.

Dans la 2.e question de M. Sabatier on lit.... Calorem animalem in homine sano semper superare calorem ambientis medii: idq. notante Haenio, ardente Syrio.. Rat. med. tom. 1. v. nov. doctrin. p. 20. 21.

Dans la 1.ere question de M. Fouquet on trouve la note suiv.

Dum dico animam inferiorem seu animalem, intelligo ens quoddam infimum respectu animæ cogitantis quæ sola spiritualitate donatur.

Dans la seconde question. Quod si inter omnes corporis partes quædam adest concatenatio, ut una alteri auxilium præstat, quo mutuo vivant, majori jure commercium intercedit inter partes principaliores, quæ mutuam operam sibi in agendo præstant, ut animalis oeconomia subsistat. Itaque cor indiget cerebro, et cerebrum vicissim indiget corde, ut suas efficiant operationes, ea lege ut si inter has partes deficiat mutuus consensus et concatenatio partium, illico in iis aut alteretur, aut perturbetur, aut omnino deficiat earum actio, licet in qualibet ipsarum adsit principium internum spiritus videlicet vivifices (principium vitale) in meditullio earum structuræ concentratus, quo qualibet operationes ex instituto naturæ, sibi proprias exercere possit, atque in his omnibus fateri oportet quiddam esse occultum et incomprehensibile, Piquer. Instit. med. tract. VI. de facult. prop. 43 et 44:

Dans la 3.e question. Triplici argumento, ait Piquer, circu-

lationem sanguinis evertere conantur adversarii: nimirum 1°, ex principiis et experimentis non bene statutis. 2° ex dissensione quae inter circulatores animadvertitur. 3° tandem ex observationibus et animadversionibus practicis.... Quoad primum. Cor, inquit, singulis pulsationibus sanguinem circumeuntem recipere, eundemque expellere, nedum incertum, sed omnino improbabile est; Etenim 1° autopsia nusquam id constitit sed à circulatoribus tanquam res certa supponitur. 2° in hac hypothesi necesse esset ut sanguis adeo celeriter per corpus circularet, ut ejus motus equo velocissime currenti, aut avi pernicissime volanti esset comparandus. Nam &c... Insuper observaverat Spallanzani sanguinem è vena cava in cor dextrum delapsum, in hanc venam ex systole cordis partim retropelli, ita ut in hoc puncto auriculae daretur recursus, quo impetus sanguinis e predicta vena in auriculam irruentis paululum infringi videbatur. Tandem ex experimentis aliis cel. fontana constat partem aliam sanguinis in cor delapsi, invita contractione illius visceris in ventriculis detineri, eoque cor ad motum solitum agi... Ex experimentis Spallanzani in promptu est sanguinem fere omnem, vigentibus animalis viribus eadem velocitate donari in systole ut in diastole, tum in arteriis tum in venis, nullâ morâ ex variis angulis aut vasorum divaricationibus susceptâ... non mirum quod cel. Piquer, hanc conclusionem protulerit, sanguinis circulationem neque absolute esse negandam, neque pro demonstrata habendam, sed inter opiniones probabiles esse reponendam. undè concludit.

Leges progressivi motus sanguinis ab Harveio expositas falsitatis esse et dubii plenas sub multiplici respectu, damnosas atque dum regulas dant faciendae medicinae.

Dans la 12.e question de M. Brun.

Phthisis idiopathica, primaria, originalis distinguenda est à phthisi symptomatica, secundaria quæ a morbis, præcedentibus inducitur... Phthisis primariæ triplex species potissimum distinguitur, scilicet catarrhalis, tuberculosa et ulcerosa... Testatur Huxham ad annum 1738 plures habere in pulmonibus tubercula et calculos friabiles et gypseos per tussim rejicere. Tunc interdum prosunt aquæ minerales sulphureæ tum puræ, tum lacte remistæ.

Dans la 10.e question, Testatur Zinmerman de l'experience en med. tom. 1. eosdem in Helvetia morbos observasse ac Sydenham in anglia. Idem testatur Piquer in Hispania. Traité des fievres.

Dans la 2. quest. de M. Lamayran de la Tour.

on cite Joan. Guill. Janssen animad. super morbos incurabiles.

Buchos traité de la phthisie pulmonaire.

Dans les notes au bas de la 1.ere question de M. Fouquet.

Meo autem judicio ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt et valentes et omnia removentur quæ obstant et impediunt...... quorum ita clara judicia et certa sunt ut si optio naturæ nostræ detur et ab ea deus aliquis requirat, contentane sit suis integris et incorruptis sensibus, an postulet aliquid melius, non videam quid quærat amplius. Cicer. quæst. acad. Lib. 2.

Notandum quoad motum cordis nonnulla reperiri animalia quæ voluntate istius visceris motum nunc cohibere nunc renovare queunt. Felice Fontana Ricerche philosophiche sopra la physica animale 1775.

n.a Principium vitale audit illud, quo œconomia animalis propriè dicta, seu functiones merè corporeæ, directè aut immediatè independenter ab anima cogitante reguntur. cognoscitur tantum per effectus.